

Littere consensus Regis Sigismundi primi
 quibus consentit ut Cherubin de Goluchow possit resigna-
 re Raphaeli de Leszno Secretario Villam Regiam
 Mورا et summas in ea inscriptas.

map.
217.

42

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithua-
 nie, Rusie, Prusieque dominus etc. Significamus
 tenore presentium Quibus expedit universis. Quia coram
 Maiestate nostra personaliter constitutus Generosus
 Raphael de Leszno Secretarius noster de nobis benemeritus,
 retulit, Quomodo sibi Generosus Cherubyn de Goluchow,
 dapifer Poznaniensis, singulari amoris affectu ipsum
 provequens. Non modo bona sua hereditaria, verum
 etiam et summas in bonis nostris seu villa Mورا,
 in terra Maioris Poloniae, et districtu Calivien: sita
 iuste et legitime inscriptas, prout inscriptiones,
 in bonis predictis per praedecessores nostros factas
 per ipsum Raphaelen coram nobis reproduces
 sufficientes testificantes dederit, donaverit inscrip-
 serit et resignaverit. Supplicavitque nobis humiliter
 idem Raphael ut consensum nostrum ad praemissa
 necessarium praebere et dare dignaremur. Nos tandem
 supplicationibus eiusdem Raphaelis tanquam
 iustis benigne annuentes consensum nostrum
 ad praemissa gratiose dedimus. Ita tam quod exinde
 Summas in bonis ipsis nostris, iuste et legitime
 inscripte non augeatur damusque praeventibus decernun-
 tes bona seu villam praefatam per ipsum Raphaelen
 et eius legitimos successores iuxta vim et continentiam
 litterarum originalium desuper emanatarum tenen-
 dum habendam uti fructum pacificeque et

quiete possidendum tandiu, donec sibi aut eius legitimis
successoribus summe iuste et legitime in bonis ipsius in-
scripta per nos aut nostros successores plenarie fuerint
persoluta. Quo facto possessio predictorum bonorum
ad nos pleno iure redibit iuribus tamen nostris
salvis remanentibus. Harum quibus Sigillum no-
strum est subappensum testimonio litterarum.
Datum Cracoviae feria quarta post Sancti Floriani
proxima Anno Domini Millesimo Quingentesimo
Septimo.

Math. D. Eppus
et Vicecomes

Takopia przepisana z Originatu
pargaminowego porzucientego Dnia
6. Januarij R^o 1785 Wlota na
Zawiasce pargaminowej wisi
pieczy Okręga